

Eusebi, non apud te tacui : dignaberis itaque, non, quid tu de his omnibus sentias, [ ne tibi atbitteris à me Judicis onus imponi ; ] sed quid illi respondeant, mihi rescribere. Misericordia Dei te in columem tuncatur, domine & meritò suscipiendo ac dilectissime frater.

## EPIST. CLXX.

Augustinus Severino, consanguineo suo, qui videtur fuisse  
Donatista, detestatur schisma scelestum & impudens.

Dominom multum desiderabili & valde charissimo fratri, Severi-  
no, Augustinus.

770.

*V. Possid.  
Ind.*

Matt. 5.  
14. Iteras Fraternitatis tuæ, et si valde serò, et si præter quod speraveram,  
tamen latus accepi, maximèq; ampliori gaudio perfusus sum, cùm  
cognovissem, hominem vestrum hac ipsa solâ caussâ venisse Hippo-  
nem, ut ad me literas tuæ Fraternitatis afferret. Cogitavi enim, non sine  
caussâ hoc exortum esse in animo tuo, ut recoleres consanguinitatem  
nostram: nisi quia fortasse perspicis, sicut novi non leve pondus Pru-  
dentiae tuæ, quam sit dolendum, ut, qui secundum carnem fratres su-  
mus, in Christi corpore non unâ societate vivamus: præsertim quia faci-  
letibi est attendere & videre civitatem super montem constitutam, de qua  
Dominus ait in Euangeliō, quod abscondi non possit. Ipsa est enim Ec-  
clesia catholica; unde καθολικὴ Græcè appellatur, quod per totum orbem  
terrarum diffunditer. Hanc ignorare nulli licet: ideo, secundum  
verbum Domini nostri Iesu Christi, abscondi non potest. Pars autem  
Donati in solis Africis calumniatur orbis terrarum, & non considerat, et  
sterilitate, quâ fructus pacis & charitatis noluit afferre, ab illa radice  
Orientalium ecclesiarum se esse præcisam, unde Euangeliū in Afri-  
cam venit; unde terra si eis afferatur, adorant; fidelis autem si inde ve-  
niat, exufflant & \* rebaptizant. Etiam hoc enim prædictit Filius Dei, \* al. reba  
qui Veritas est, se esse vitam, suos autem filios esse sarmenta, & Patrem su-  
um agricolam. Sarmentum, inquit, quod in me non dat fructum, Pater  
meus tolleret illud: Sarmentum autem, quod in me dat fructum, purgat illud, Hoc enim  
Iob. 15. 2.  
ut majorem fructum afferat. Non ergo mirum est, si de illa vite, quæ  
crevit & omnes terras implevit, præcisi sunt illi, qui fructum charitatis Psal. 79.  
(80,) 10.  
afferre noluerunt. Qui, si vera crimina objecissent collegis suis, \* al. qui  
majores eorum, \* quando schisma fecerunt, ipsi obtinuissent caussam schisma  
suam apud Ecclesiam transmarinam, unde ad istas partes Christianæ  
fidei manavit auctoritas, ut illi essent foris, quibus eadem crimina obji-  
ciebant. Nunc autem, cùm illi inveniantur intus communicare ec-  
clesias Apostolicis, quarum nomina in libris sanctis habent & recitant,  
isti